



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

417. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 189  
procurent, usque quo ab opere conjugali ex  
consensu se valeant abstinere.

De filiis non legitimis.

CCCC XVI. Filij verò ex hujuscemodi  
vituperabili coniunctione ante conjugium mi-  
nus laudabile procreati, ad ecclesiasticam dig-  
nitatem nullo modo provehantur, nec de tali  
coniugio generati ecclesiasticis ordinibus ap-  
plicantur, nisi forte eos aut maxima Ecclesiæ  
utilitas aut necessitas postulet, aut evidens  
meritorum prærogativa commendet.

Concil. Meld.  
c. 64. & 1. q.  
7. cap. Tali  
coniugio.

De eadem re. *Ex Lege Romana.*

CCCC XVII. Si quis incestas aut nefar-  
ias nuptias inierit, nec uxorem habet nec fi-  
lios. Nam hi qui ex hujusmodi conceptione  
nati fuerint, quamvis videantur nasci, patrem  
nullatenus habere censentur, & tanquam si  
de adulterio concepti fuissent deputantur.

Gaij Institut.  
tit. 4.  
Vide lib. 2.  
Leg. Longob.  
tit. 8. c. 4. 5.

Ecclesiastica dignitas non recipit filios ex  
illicito concubitu natos.

CCCC XVIII. Eos itaque quos publi-  
cae leges non admittunt, sed velut infamie ma-  
culis respersos respunnt, & quasi degeneres  
despiciunt, ecclesiastica dignitas nullatenus  
recipit; præsertim cum nihil maculosum Deo  
rite possit offerri vel ejus servitio applicari.

Ut nullus alterius suscipiat Clericum. In  
canonibus Apostolorum.

CCCC XIX. Episcopus apud quem  
Clericos alterius moratos esse constiterit, si

Canon. Apo.  
stolor. c. 16.